

poralia; tamen his Christus nos docet, prius agendum de spiritualibus, ac de illis, quæ ad salutem animæ spectant.

89. Paralyticum jacentem in lectulo quidam offerunt Christo, ut eum à præsentis corporis morbo liberaret. Jesus in eum intuens, ait illi, *Fili remittuntur tibi peccata tua*, Matth. 9. num. 2. Et postea ait Dominus Paralytico: *Surge, tolle lectulum tuum, & vade in domum tuam*, ibidem num. 6. Si illi volebant corporis medelam, cur Dominus prius non annuit eorum petitioni, ut salutem daret, & postea condonet peccata? Quod notavit Euthymius: *Primum quidem languido peccata remittit, deinde verò corpus sanat*. Divina manus prius semper se extendit ad eam, quæ animæ, quàm quæ corporis, & prius nostro bono spirituali, quàm temporali consulit.

90. Agrotanti Ezechia accedit Isaias, eique denuntiat: *Hec dicit Dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris, & non vives. Convertit faciem suam ad parietem, & oravit ad Dominum*, Isai. 38. num. 1. Valde mirum, quòd mors instat, Rex magnum habet regnum, copiosamque familiam; & ei mandatur, ac tempus conceditur, ut de his disponat: ille tamen omnium curis omittis, orando vertit faciem ad parietem, ut quietius, & devotius oraret, ut ex Augustino explicat Oleaster. *Vertere faciem ad parietem*, ait Hugo, *est peccata propria ad memoriam revocare, vel paries est fragilitas carnis*. Bonus Rex, ut vidit se in arcto positum, prius voluit dispo- nere de anima, quàm de corpore, prius de spiri- ritu, quàm de regno temporali, & ideo vertit se ad parietem, ut peccata propria largiter flens, misericordiam impetraret. Ad quam impetran- dam ipse commemorat bona facta sua. Vide cap. 19. num. 36. & 37.

Isai. 38. Rex magnum habet regnum, copiosamque familiam; & ei mandatur, ac tempus conceditur, ut de his disponat: ille tamen omnium curis omittis, orando vertit faciem ad parietem, ut quietius, & devotius oraret, ut ex Augustino explicat Oleaster. Vertere faciem ad parietem, ait Hugo, est peccata propria ad memoriam revocare, vel paries est fragilitas carnis. Bonus Rex, ut vidit se in arcto positum, prius voluit dispo- nere de anima, quàm de corpore, prius de spiri- ritu, quàm de regno temporali, & ideo vertit se ad parietem, ut peccata propria largiter flens, misericordiam impetraret. Ad quam impetran- dam ipse commemorat bona facta sua. Vide cap. 19. num. 36. & 37.

August. Oleaster. Hugo.

Prius de ani- ma, quàm de corpore agendum.

QUESTIO XV.

Quare discipuli reprehendantur à Domi- no de modica fide, cum ipsi ad Chri- stum confugerint, ut à periculo libera- rentur.

91. RATIONEM litteralem hujus rei jam dedi quæst. 7. Et cum ea præsentem ob- jectionem solvit Chrysostom. hom. 19. Quam- vis enim discipuli ad Dominum confugerint, ut à periculo liberarentur; cum tamen ipsi sibi persuaserint, quòd Dominus dormiens, nec tempestatem agnosceret, nec ab illa eos ser- vare posset, ideo eum excitant. In quo maxi- mè suam modicam fidem declararunt. Et quid aliud Aquilonis ventus afferret, nisi discipulo- rum vacillationem in fide, Ventus ille infidelita- tis frigus denotabat, cum irrueret ex ea parte, in qua infidelitatis auctor suam sedem collocave- rat. Dicebat Lucifer, *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*, Isai. 14. num. 13. & ideo de eo dicitur: *Ab Aquilone pandetur malum*, Jerem. 1. num. 14. Et cum hic ventus sufflaret ex regio- ne iniqua, & tanto mala infecta, ideo tam no- xius, & exitialis erat. Et hac de causa Ecclesia postulat, ut hic ventus exurgat, abeat, & recedat, quod notavit Divus Paschasius lib. 5. in Matth.

Ex parte in- secta, non aliud, nisi malum.

Isai. 14. Jerem.

Paschas.

Ideo Ecclesia in Cantico ait: *Surge Aquilo, & veni Ausser*; quia profectò idem ventus ejus, qui ad Aquilonem sedem posuit, semper significat frigus in- fidelitatis, quòd excitat contra Christi Ecclesiam. Hinc etiam periclitantur discipuli, quando fides eor- um refrigeravit.

Secundò, D. Petrus Chryso- logus serm. 21. *Mo- dica eos, ait, credulitatis aperit esse, qui non modo in se tantum, sed in ipsum Auctorem credunt, posse elementa consurgere*. Meritò Christum ex- citant; & credunt, se virtute Christi à periculo posse liberari: & tamen eorum contemptri- lem fidem pungit, ac mordet Dominus, eo quòd timerint sævientem maris tempestatem. Valde enim modica est fides, quæ cum Deum habeat simul in navi, alicujus creaturæ timore concuti- tur, quasi in ipsum Auctorem credunt posse ele- menta consurgere: Meritò ergo notantur de exigua fide, qui præsentem Domino expavefce- bant, cum nulla sit major securitas, quàm Dei præsentia.

Tertiò, D. Basilii Seleucus orat. 22. *Vult Do- minus, ait, fide vim rebus conditis esse valentio- rem, & ad fidei præsentiam omnem ad anima def- perationem eliminari*. Discipuli Christum confu- giunt, ejus potentiam exorant: & tamen mo- dicam fidem exhibent, atque ostendunt, dum tempestatem percutiebantur timore. Eam enim fidem Dominus in suis requirit, quæ sit valen- tior, ac superior cunctis creaturarum inopigna- tionibus, ut qui fide sit armatus, consuetumque creaturæ fortitudinem, ac vim non timeat, ne- que formidet, est enim fides adeò præpotens, ut ab anima omnem aditum dubitationis, vel timoris excludat.

Quartò, Meritò eorum timiditas fuggillatur, & eorum objurgatur parva fides. *U quid timi- di estis modica fidei*: Nam ipsi ingressi sunt in navim ex Dei mandato; jussit enim ipse, eos transfretare, ut patet ex hoc cap. 8. *Matth. nu- mero 18*. Et valde erant in fide timidi, atque debiles, qui in loco, in quo Dei decreto con- stituti erant, ibi aliquam creaturam, ibi aliquod damnum timebant: nullibi enim homo secu- rius ab omni periculo degit; quàm si sibi confi- stat, ubi divina manus eum constituit. Nam si- cut locus, quem tu eligis, periculis est plenus, ita ille, quem Deus tibi tribuit, securitate omni- munitus.

Ut Jonas fugeret à facie Domini, ascendit navim euntem in Tharsis, & dedit nautam ejus, *Et ecce tempestas magna facta est in mari, & navis periclitabatur conteri*, Jon. 1. num. 4. Mitti- tur Jonas in mare, & à quodam Cete magno ab- sorptus est, & fuit in ventre piscis tribus die- bus, & tribus noctibus, & clamavit ad Domi- num, & exaudivit eum, ac Dei jussu à magna illa bestia evomitur est in aridam. Res sanè mi- rabilis, quòd Jonas in navi naufragium patia- tur, & in bellua illa securitatem habeat, atque mubimen, in qua pericula manifesta videban- tur dilaceratio in ore à dentibus, suffocatio in utero; & tamen ibi latum locum invenit, ut exinde posset ad Dominum orare. Unde ergo tanta differentia? Navim sibi voluntate propria Jonas elegit: *Invenit navim, & descendit in eam, ut iret cum eis Tharsis à facie Domini*, Jon. 1. num. 3. At in Cete magno, ingreditur Dei dispositione, ac ordinatione: *Preparavit Deus lon. s. piscem*

Qui consti- tuit in peri- culo, debet liberari: ab illo peric- lo.

92. Chryso- logus. Qui Deum habet, nihil timeat.

93. Basil Seleuc. Fides cunctis rebus poten- tior.

94. Securus est homo in loco sibi à Deo dato.

95. Maxime se- curus est ho- mo in loco, in quo Deus eum constituit.

96. RATIO dubi- tandi. **Q**UI constituit in periculo, debet liberari: ab illo periculo. *piscem grandem, ut deglutiret Ionam*, cap. 2. n. 1. Et si in navi, quam ipse sibi assumit, naufragium invenit; in pice aotem, quem Deus ei ordinavit, nullum damnum, sed magnam secu- ritatem reperit, ut pro navi in portum ei in- serviret. Divus Hieronymus in cap. 2. Ion. *Ani- madvertendum, ait quòd ubi periclitabatur in- teritus, ibi custodia sit: preparavit Deus piscem grandem, cete juxta navim fecit venire, ut præcipitem Ionam in suos recipere sinus, & pro morte præberet habitaculum: ut qui in navi iratum senserat Deum, propitium in mari sentiret*. Vnde lib. 1. cap. 10. num. 36.

QUESTIO XVI.

Quomodo hæc gravis tempestas miracu- lose subito quieverit?

96. **Q**UI constituit in periculo, debet liberari: ab illo periculo. *OTIT* aliquis forsitan dubitare, An hæc tempestas miraculosè quieverit? Et ratio dubitandi est, quia licet hæc tem- pestas esset extra naturaliter, vel miraculosè per vires naturæ poterat cessare, ut sæpè vidimus in gravissima elementorum commotione, quæ naturaliter ad suam tranquillitatem redit.

97. Tamen hæc tempestas miraculosè cessavit, ut est omnium sententia. Quia statim ad imperium Christi ventus, & mare quieverunt. Vnde ait Origenes homil. 7. in diversos. *Imperavit Chri- stus ventis, & mari, & facta est de magno vento tranquillitas magna*. Quod optimè agnoverunt circumstantes, cum vidissent, quòd statim ad imperium Christi jactationes fluctuum cessave- runt; dicebant enim: *Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei*. Deinde, ut bene argumen- tatur Abulensis quæst. 89. Hæc tempestas subito quievit; & natura non potest sine medio, & tempore de extremo ad extremum transire: ergo cum hæc tempestas esset gravissima, non po- tuit subito mutari in magnam serenitatem; nam vehementissimi venti, non subito, sed paula- tim sufflare desinunt. Et esto subito quieverint, tamen aquarum voragines, cum maximè sint commotæ, tempore indigent, ut ad serenita- tem, ac lenitiem deducantur. Ergo cum tem- pestas in maximam serenitatem resoluta sit, ma- gnum miraculum hic intervenit. Et divina vir- tus miraculosè operans, est ratio à priori hujus serenitatis.

98. Seleucus. *Moraliter elegantibus verbis multa excogi- tavit Divus Basilii Seleucus oratione 22. & sic ait: Modica voce Iesu ingens clementum refra- nabatur. Recognoscebat enim veterem vocem: re- cordabatur antiqui præcepti: Congregentur aque in locum unum, appareat avida, Genes. 1. Tunc concessit terra imperium; nunc terram imitatur consolidatione natura, coëcet undas, ventos cogit, tempestatem sedat. Mare maximè ventis commotum, ac tempestate agitarum, Christi voce quievit. Pro quo pulchrè multa dat nobis Seleucus citatus.*

99. *Primo. Modica voce ingens refranatur ele- mentum. Ubi enim mare cognovit benignitatem, ac suavitatem vocis sui creatoris, quæ in exordio ei sedem, & locum designavit: Congregentur aque. Domini lenitate, ac modica voce reco- Sylveira in Evang. Tom. 11.*

gnita, qua etiam nunc mari, & ventis impe- ravit, statim mare reducit in tranquillitatem: magna enim commotiones, benignitate maxi- me sedantur. Secundò. *Recognoscebat enim veterem vocem*. Cum mare agnovit vocem sui au- ctoris, à quo suam creationem habebat, contra illius imperium non audet reluctare, sed obe- dientiam exhibens, se in tranquillitatem redu- cit. Tertio. *Reco dabatur antiqui præcepti: Con- gregentur aque in locum unum*. Audita Christi voce, statim illa creatura insensibilis persensit antiquum Domini præceptum sibi datum: *Congregentur aque in locum unum*, & sine ulla dila- tione pacatum mare stat in suo loco, valdè effi- cax est vox, quæ pro observatione antiquorum præceptorum imperat, & mandat.

100. *Quartò. Tunc concessit terra imperium; nunc terram imitatur consolidatione natura*. In primo re- rum molimine mare fecernitur, ac separatur à terra: nunc verò in soliditate terram imitatur. Sed unde tanta diversitas, unde tanta differen- tia? In exordio erat Domini mandatum, ut mare divideretur à terra, non verò, ut mare ita quietum staret, atque stabile, ac si esset terra, Maxime qualibet creatura etiam insensibilis componitur, & aptatur ad sui Domini ingen- omnia mu- tansur. mare à terra diversificatur, ac ipsam imitatur, & illius veluti naturam reddit.

101. *Cum Ioram Rex Israël, ac Iosaphat Rex Iu- da maximè cum suis exercitibus premerentur aquarum penuria, confugiunt ad Elisæum, qui magnam dedit lympharum copiam, qua recrea- tus est totus exercitus: Bibetis vos & familia vestra, atque jumenta vestra*, 4. Reg. 3. num. 17. 4. Reg. 31. Moabitæ autem, qui ex adverso itabant, cum vidissent illas aquas, ruberæ eis apparuerunt, at- que consanguineæ. *Primo manè surgentes, & orto jam Sole ex adverso aquarum viderunt Moabitæ e contra aquas rubreas, quasi sanguinem, dixerunt- que, sanguis gladii est*, Ibidem num. 22. Sed unde aquæ Israëlitis se exhibent perlucidæ, ac cry- stallinæ, ad gustumque delectabiles; at verò Moabitibus horribiles, & sanguineæ, furorem gladii denuntiantes? Totum à Dei providentia proveniebat, ut advertit Abulensis, quæ benigno vultu erat in Israëlitis, adverso autem in Moa- bitas. Et ad Domini imperium, ac voluntatem aquæ suas vicissitudines favoris: & rigori ex- hibent, & alternant.

102. *Matth. 8. n. 27. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei.*

VERSIONES.

D. Basil. Seleuc. Et mirabantur discipuli Orat. 22. D. dicentes: qualis est Chri- sti homin. hic homo, quia venti, 29. in Matth. Syriacus. Quis est iste, cui venti, & mare obediunt. Grecus. Quòd etiam venti, & mare obediunt ei.

ALTER TEXTUS.

Marc. 4. n. 41. Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas, est iste, quia ventus, & mare obediunt ei.

Luc. 8. n. 26. Qui timentes mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis putas hic est, quia ventis, & mari imperat, & obediunt ei.

EXPOSITIO.

102. **E**XPLICAT Evangelista effectum subsecutum ex tam magno miraculo. Porro homines, sive discipuli sive qui erant in aliis navibus, ut explicabo quaest. sequenti, mirati sunt, ex tanta Domini potentia, ac ex tanta rei novitate, tale enim opus nunquam viderant; & maxime propter periculum imminentissimum, a quo fuerant erepti; quod fecit ipsum miraculum maxime advertere, ipsi quoque magnopere assimulare. Marcus, & Lucas scribunt: Timuerunt timore magno, ne scilicet minus, quam decens erat, cum tanto viro in illa miracula adessent, ac in eum reverentiam haberent.

103. **Q**ualis est iste. Vox Graeca magnam emphasis habet, & non est simpliciter interrogantis, sed potius admirantis: Quis, & qualis est iste, cui non est similis in hominibus, cujus magnitudinem nos assequi non possumus, ut explicat D. Lucas. Quia ventis & mari imperat & obediunt ei. Ac proinde non solum admirantur, quod ventos, & mare coeerceat; sed quod ut verus Deus, ac Dominus id efficiat imperando, & statim sine ulla dilatione insensibilia ei obediunt.

QUESTIO XVII.

Qui sint homines isti, qui mirabantur? & quae verba dixerint?

104. **Q**VI sint isti homines, qui viso Christi miraculo mirati sunt, maxime dubitant Doctores. Primò Origenes hom. 6. in diversos. D. Hieronymus, Druthmarus, Beda docent, non fuisse discipulos, sed nautas; qui illam navem regebant. Et rationem huius rei assignat Origenes. Quia Domini discipuli nunquam sine honore nominantur; & ideo dicuntur discipuli, vel Apostoli. Secundò, D. Hilar. can. 8. in Matth. affirmat, verba prolata fuisse à turba gentium, quod intelligendum est, postquam scilicet miraculum adierunt, quod etiam docet Chrysostomus homil. 28. in Matth. Hugo, & alii. Tertio, Hos fuisse nautas, qui erant in aliis navibus, tenent aliqui Recentiores, Iansenius, Maldonatus, & alii. Quarto, Fuisse simul nautas, &

Origen. Hieron. Druthmar. Beda.

Hilar. Chrysost. Hugo.

Iansen. Maldonat.

discipulos, tradunt Euthymius, Titelman, Abulens. Euthym. Titelman. Abulens.

Quinta, & ultima sententia, & mihi caeteris probabilior, asserit, verba prolata fuisse à discipulis Domini. In hac sententia videtur esse D. Basilii Seleucus orat. 22. Albertus Magnus, D. D. Thom. Thomas, Carthusianus, & alii. Probatur ex verbis sacrorum Evangelistarum. Nam sic habet Marcus: Et ait illis, scilicet discipulis, Quid timidi estis? nec dum habetis fidem: & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas est iste, quia ventis, & mare obediunt ei; quae verba sine dubio ad discipulos referunt. Unde Syriacus habet, Et dicebat unus ad alterum. Syriacus. Clarius hoc colligitur ex D. Luca, sic scribente: Dixit autem illis, scilicet discipulis: Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, ad invicem dicentes: Quis putas est iste? Discipulos reprehendit Dominus de timore, ac modica fide: & statim correlativum apponit Evangelista: Qui timentes, quod correlativum refertur ad ipsos Discipulos; ergo discipuli huiusmodi verba protulerunt, quae etiam fuerunt dicta à nautis, si admittas, quod in navi erant. Et ita quarta sententia militat in praesenti; & tunc per homines intelliguntur discipuli, & nautae.

Nec obstat id, quod aliqui objiciunt, quod discipulis satis nota erat potentia Christi ad miracula facienda. Ad hoc enim optime respondet D. Hieronymus: Discipuli nondum noverant potentiam Christi. Et Euthymius. Quomodo si discipuli propter imperfectam fidem, quasi hominem adhuc illum admirabantur, multo magis turbæ. Et Theophylactus in cap. 4. Marci. Dicebant inter se discipuli: Quisnam est hic? adhuc enim de eo dubitabant.

Quantum ad secundum, quod in titulo quaestiois proposui, etiam poterit dubitari: Quoniam verba fuerint dicta à discipulis; nam Matthaeus scribit, quod dixerint: Quis est hic, quia ventis & mare obediunt ei. Marcus sic refert, Quis putas est iste, quia ventis, & mare obediunt ei. Hæc tamen omnia ad eandem sententiam pertinere, docet D. Augustinus lib. 2. de consensu Evang. cap. 24. sive à solis discipulis, sive à discipulis cum aliis fuerint dicta.

QUESTIO XVIII.

Quare mirabantur isti homines?

108. **R**ATI o huius rei literalis manifesta est. Cum videret tantum miraculum, tantamque Christi potentiam, cui obedi, & mare præstant obedientiam, itaut ex magna tempestate fieret magna tranquillitas, merito mirabantur. Moraliter hoc rectè ponderat Origenes homil. 6. in diversos. Valde enim mirandum est, quod omnes creaturæ etiam intellectus, & prudentiæ expertes Dei iussioni deserviant; & homines soli, ratione, ac prudentia ditati, ei volunt resistere, & inobedientes ejus iussa contemnunt. Libet de hac re magnum audire Augustinum homil. 3. inter 17. Tu, o homo, ait, imitare ventos, & mare: obtempera Creatori sub iussione Christi: Mare audis, & tu surdus es? Mare audit

Hieron. Euthym.

Theophyl.

107.

August.

108.

Origen.

Deo, & solus homo ei resistit. August.

audis, & lenius cessat; & tu sufflas? Quid? Dico, facio, sango: quid est aliud, nisi sufflare, sub verbo Christi cessare; non vos vincat fluctus in perturbacione cordis vestri.

109. Secundò, Mirentur, dom contemplantur divinam Christi virtutem, quæ ventis imperat. Qua etiam excellentia videtur Sponsa ditata à Deo, dum ait: Surge Aquilo; veni Austro, & perfila horum meum. Cantic. 4. Tam largus, & magnificus est Dominus in suis servis nobilitandis, ut eis largiatur divinam potestatem obediendi imperandi, ita ut obsequium eis insensibilia præstent. Hoc eleganter ponderat D. Nyssen. Non enim precibus id, quod vult efficit, sed secum adum veram illam promittentis vocem, qua dicit fidelem dispensatorem factum esse dominum omnium facultatum domini sui. Hac accepta potestate regia quadam ratione, prout sibi placitum est, duos ventos gubernat.

Et quia in præfata Sponsæ verba incidimus, quoddam pulchrum dobium cum nostro textu excitat D. Gregorius Nyssenus citata homil. 10. sic loquens. Audivimus, ait, quemadmodum Regina surgere faciat Aquilonem, & à se mandat, ejus statum advertens in adversum. Non enim cum jubet quiescere, quomodo in maris tempestate iussit Dominus fluctibus quiescere, & silentium agere. Sed imperat, ut recedat, & fugiat, ut absque ullo impedimento suat Austro, nullo adverso situ obfistente ejus imperii, dicens: Surge Aquilo. Valde considerandum: quod Sponsa non mandat, ut Aquilo fiat quietus, & lenis, atque placatus, sed ut exurgat, abeat, & exeat, ut ibi explicant Theodoratus, Philo Carpathius, Anselmus, & Rupertus. At Christus Dominus solum imperat, ut venti sint tranquillissimi, & suaves, itaut fiat serenitas magna: non autem jubet omnino abire, & recedere. Illa verò nec cum ipso leni vento gaudet esse, sed imperat, ut exurgat, & abeat. Christus, cum sit supremus Dominus absolutus, nil ab ulla creatura timet, & ideo cum placatus ventis novit habitare. At sponsa, sive infirmitatis conscia, mandat, ut etiam tranquillissimi venti exurgant, & abeant; quos enim semel est nocivos, incommodosque experta, eos sub omni specie bonitatis, & quietudinis habet suspectos, ac timet, itaut cum eis nec velit commorari, nec ullum habere commercium. Quod tibi noxium aliquando fuit, etiam sub bonitatis prætextu time, & cave. Vide supra cap. 16. num. 34. & infra cap. 25. numero 24. & 59.

110. Et quia in præfata Sponsæ verba incidimus, quoddam pulchrum dobium cum nostro textu excitat D. Gregorius Nyssenus citata homil. 10. sic loquens. Audivimus, ait, quemadmodum Regina surgere faciat Aquilonem, & à se mandat, ejus statum advertens in adversum. Non enim cum jubet quiescere, quomodo in maris tempestate iussit Dominus fluctibus quiescere, & silentium agere. Sed imperat, ut recedat, & fugiat, ut absque ullo impedimento suat Austro, nullo adverso situ obfistente ejus imperii, dicens: Surge Aquilo. Valde considerandum: quod Sponsa non mandat, ut Aquilo fiat quietus, & lenis, atque placatus, sed ut exurgat, abeat, & exeat, ut ibi explicant Theodoratus, Philo Carpathius, Anselmus, & Rupertus. At Christus Dominus solum imperat, ut venti sint tranquillissimi, & suaves, itaut fiat serenitas magna: non autem jubet omnino abire, & recedere. Illa verò nec cum ipso leni vento gaudet esse, sed imperat, ut exurgat, & abeat. Christus, cum sit supremus Dominus absolutus, nil ab ulla creatura timet, & ideo cum placatus ventis novit habitare. At sponsa, sive infirmitatis conscia, mandat, ut etiam tranquillissimi venti exurgant, & abeant; quos enim semel est nocivos, incommodosque experta, eos sub omni specie bonitatis, & quietudinis habet suspectos, ac timet, itaut cum eis nec velit commorari, nec ullum habere commercium. Quod tibi noxium aliquando fuit, etiam sub bonitatis prætextu time, & cave. Vide supra cap. 16. num. 34. & infra cap. 25. numero 24. & 59.

QUESTIO XIX.

Quam diversus hic discipulorum clamor ab illo: Salva nos perimus.

111. **V**PRA, ut vidimus, urgente tempestate, modica fide timidi clamabant discipuli: Salva nos, perimus. Hanc verò Christi potentiam agnoscentes, & reverentes clamant: Quis est hic, quia ventis, & mare obediunt ei. Utinamque clamorem pulchre Syloena in Evang. Tom. 11.

inter se componit D. Basilii Seleucus Orat. 22. Seleucus. O Domini sapientiam! O magistri edictum! Exivit mare, fidei scholam fecit mare. Et quod discipulis ab ista trepidatione lucrum? Et mirabantur, inquit discipuli dicentes: Quis est hic? quia ventis, & mare obediunt ei. Quibus ex verbis conterriti fuerant, docti exasperant. Primò clamabant discipuli sibi metuentes naufragium, & submercionem à mari, ac ventis; nunc verò jam edocti ab ipsis elementis de Christi virtute, ac potentia clamant. Omnia Dei sapientia, ut id, ex quo homines si metuebant mortem, & interitum, fiat eis schola fidei, & instructio doctrinae; & ex quibus rebus conterriti fuerant, docti exasperant.

Cum Moyses maxime recufaret sibi injunctam legationem ad Populum, eo quod non crederet ipsam esse à Deo missam, ait Dominus Moysi: Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. Dixitque Dominus: Projice eam in terram; projecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Extendit, & tenuit, & versa est in virgam, ut credant, inquit, quod apparuit tibi Dominus. Exod. 4. n. 3. & 4. Dat Deus potestatem Moysi ad tale signum coram Populo faciendum, ut ipso viso Populus credat, & agnoscat ipsum Moysen esse à Deo missum. Sed quo pacto datur populo, ut in Dei iussuatur mandatis, horribile signum, ex quo homo ita ut capesseret fugam, timore concutiebatur; hæc est Dei sapientia, & inde homini ferret libertatis, ac salutis gymnasium, unde sibi damnum metuebatur, essetque benignitatis, ac clementiæ documentum; quod horrore signum apparebat. Bene in Allegoriis Tilm. Virga venitur in draconem. horrore signum, tenaciter percipiens, & mordens. Sed virga; & baculus tuus me consolantur in omni correctione divina.

Egressus Populus de Ægypto cum devenisset ad litus maris rubri seque vidisset in arcto positum; hinc enim vastum obstabat pelagus, inde verò super se venientes persequerantur Ægyptii, maxime timuit. Percutit Moyses aquas, quæ divisa sunt, & ingressi filii Israël per medium siccæ maris, erat enim aqua quasi murus à dextera eorum, & lava, Exod. 14. num. 22. Quod cum vidisset Populus, simulque & Ægyptios mortuos, Timuit Populus credideruntque Deo & Moysi servo Dei, ibidem num. 31. Utinamque modo inter se compone timorem. Viso mari pertimuit Populus, & contra ipsam Deum; & Moysen in desperabundas voces erumpit. Ab ipso tamen mari eruditur in timore Dei, & Moysi, dum aquas quas contra se timebant, pro illis intuentur conversas in muros. Origenes apud Lippomanum, lubetur, ait, Moyses virga percussit mare, ut voluntati divine elementorum famulenter obsequia: & aqua, quæ timebantur, dextera, lavaque famulis Dei murus effecta, non solum perniciem rescindit, sed etiam munimen exhibeant.